



## Petri hyspani

### Irra initium par

uoz logicaliu. quorum ignorantia plerisque magnos in multarum propositionum veritate et falsitate turpiter errare facit. quorum atque perfecta notitia facit quemlibet fallaces paralogifinos variisque in artibus errores caute declinare. Antequam ad textus expositionem procedatur quedam communes mouetur dubitationes

**Querit** Ergo primo quot sint tractatuli parvorum logicalium a Petro hyspano traditi. Dicendum est quod sunt octo. scilicet tractatus suppositionum. relatiuorum. ampliationum. restrictioinum. distributionum. exponibilium. et syncategorematum. Est tamen verum quod a multis tractatus exponibilium negatur esse Petri hyspani. Sed preter istos iam enumeratos sunt tres alii tractatus. scilicet obligatoriorum. insolubilium. et consequentiarum. quorum duo primi non sunt tam necessarii quam curiosi. Similiter et tercius habet nonnullos errores in modernorum sibi insertos. Est etiam bene considerandum quod in alma vniuersitate Coloniensi ex statuto facultatis artium dicitur formaliter leguntur sex. scilicet suppositionum. ampliationum. appellationum. obligatoriorum. insolubilium. et consequentiarum. Et ergo promouendi in facultate artium prenominate vniuersitatis cum fuerint in rubea camera debent esse cauti et interrogati de numero illorum tractatuum respondere debent quod sint sex tractatus parvorum logicalium iuxta numerum nunc immediate traditum. Quorum sufficientia sic sumitur. quia illi tractatus sunt de quibusdam passionibus minus principaliter in logica consideratis. aut ergo sunt de passionibus terminorum aut propositionum. Si primum hoc est dupliciter. quia vel conuenit talis passio termino gratie substantie. aut gratia alicuius substantiam consequentis. Si primus sic est tractatus suppositionum. Si secundum hoc est dupliciter. quia vel conuenit termino sub ratione qualitatis. et sic est tractatus appellationum. aut ratione quantitatis. et sic est tractatus ampliationum. Si secundum hoc est tripliciter. quod vel est in vna passione. sic est tractatus obligatoriorum. aut in duabus quarum vna est implicita. et sic est insolubilium. vel in duabus explicite positis. et sic est tractatus consequentiarum.

**Arguitur** Si isti tractatus superius enumerati prinerent ad logicam. sequeretur quod Aristoteles incomplete et insufficienter nobis tradidisset logicam. et quod immerito in fine secundum elenchorum peteret sibi grates haberi de logice traditione. Sequela probatur. quod ipse illorum tractatuum notitiam nobis non tradidit. Dicendum est dupliciter. Primo quod ipse Aristoteles sufficienter et plenius logicam tradidit ad esse logice. nihilominus tamen possunt supradicti quidam alii tractatuli